Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



161

die mensis hui septimi dies expiationum erit
celeberrimus et uocabitis eam sanctam. affligetisque a-
nimas uestras in eo. et offeretis holocaustum do-
mino. Omne opus non facietis in eo tempore
diei huius. quia dies expiationis est ut expi-
etur uobis dominus deus uester. Omnis anima quae af-
flicta non fuerit in die hoc peribit de populis suis.
et quae opus quodlibet fecerit delebo eam de populo
suo. Nihil omnino operis facietis in eo. Legitimum
sempiternum erit uobis in cunctis generationi-
bus et habitationibus uestris. Sabbatum requietionis
est. affligetis animas uestras. Die nono mensis
a uespere usque ad uesperam celebrabitis sabbata
uestra. dicit dominus omnipotens. lect. v. Leuitici.

In diebus illis. Locutus est dominus ad moysen
dicens. Quinto decimo die mensis septimi cum
do congregaueritis omnes fructus terre. ce-
lebrabitis ferias domino septem diebus. Die primo
et die octauo erit sabbatum. id est requies.
Sumetisque uobis die primo fructus arboris
pulcherrimae spatulasque palmarum et ra-